



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Nefandum Crimen.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

Tertio, de quo metu debeat intelligi. Respondetur non de omni, sed quando metus est causa principalis, sine qua non fuisset contractum, nec emissum votum, vel professio; secus vero, quando esset metus reverentialis solum, gloss. in c. presentes, in ver. addo tertio, sed si comminationibus patris quis suscipit habitum Religionis, sufficit, Innoc. in c. relatum, num. 3. de his que vi metusve causa sunt, & metus gravis, & non levis, iterat utrumque matrimonium, spirituale & carnale, Covar. de spons. 2. p. c. 3. §. 6. num. 7. & Caputaq. de c. 221. p. 2. dicit quando precesserunt verbera, vel minæ, tunc sufficere metum reverentialem, Butr. in c. 1. de spons. impub. Soto lib. 7. q. 2. art. 1. Navar. loc. cit. num. 21. notab. 20.

Quarto, metu mortis negans Christum Dominum nostrum inter Turcas, vel alios infideles, an sit suspectus de hæresi, vel excommunicatus. Penga, Schol. 22. §. 42. in Direct. inquisit. dicit quod non, vide superius, in verbo, Casus in quibus, §. renegati, & §. apostata. & Afflict. in consti. Apostatantes, n. 6.

MEDICI.

PRIMO, Medici vocati ad infirmos, debent ante omnia inducere ipsos ad confessionem sub præcepto peccati, valet consuetudo in contrarium, c. cum infirmitas, & ibi Abb. n. 1. §. 7. Bulla Pii V, que est 3. f. 923. cætera de Medicis, vide Navar. c. 25. a n. 60. & infra.

Secundo, Medicus Principis vocatur illustris, ita Bar. in l. 1. c. de comit. & Archiat. Ialon. in rub. de procur.

NEFANDUM CRIMEN.

Clericus committens nefandum crimen, pœnas quas pati debeat, vide Diaz pract. Crim. Can. c. 20. & alias impositas à Pio V. in Bulla relata à Navar. in ca. 27. nu. 249. & quomodo intelligatur illud verbum, exerceat, vide ibidem, & de pœna ipso facto incurrenda in foro interiori circa beneficiatos, vide quoque dixi in ver. Privatio, §. in hac materia, vide Afflict. in Constitutione, Legum asperuas, numero 10. cum sequit. de adulter. vide Abb. in c. Archiepiscopatu, de rapt. nu. 1. vide Prag. Regni, que est Ferdinandi, & incipit: Hac lege nostra perpetuo. Boer. Dec. 316. Corn. consi. 77. lib. 2. lit. C. vide Foller. in d. Pract. num. 24. vide Fabium de Mont. in sua Praxi arbitraria, 4. p. de crim. Sodomu. fo. 199. & quid faciat indicium ad torturam, an sola dispositio patientis, vide Foller. ubi supr. num. 57. & Boss. in tract. crim. c. de indic. ad tortur. num. 160. f. 108. & in hujusmodi crimine proceditur ex processu informativo, Fab. de Mont. nu. 503. adest alia pragmatica in Regno, incipiens, Congrandissima ragione, edita per Card. Granvellanum.

NOTARIUS.

PRIMO, quomodo probetur quem fuisse Notarium, & alia quædam de Notariis, vide Inno. in c. veniens, de verb. signifi. cætera de peccatis, & defectibus Notariorum, vide Sylv. in ver. Tabellio, & Nav. ca. 25. a nu. 52.

VU

Secun-